

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

122. Elysij campi. Ex Luciano: in vera historia, l. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

vuntium laborem subleuantur. Ad vitrumque latum fluminis oblectamenta illa sunt, de quibus antea dixi; & remissionibus, quieti, apta loca. Per media vero tempore Peneus venit, quiete, & leniter fluens, in modum olei, hic umbris densissimis opacatur: qua ab afflitarum arborum ramis ortis, maxima diei parte solares radios acent a flumine, & nautigantibus tempe- ratam frigorem navigationem praebent.

## ELYSI CAMPI.

Lucianus, in vera historia, l. 2.

Ἄστρη μὲν οὖν ἡ πόλις.

## Descriptio CXXII.

**I**psa autem viuitas tota aurea, murus vero simarago lapide cingitur; porrò portae septem sunt omnes ex integro ligno, & ambo. Pavimentum vero ciuitatis, & quæ intra mœnia est, terra eburnea; omnium autem Deorum templorum berylo lapide constructa sunt, & altaria in eis maxima, uno è simplici lapidea-methysto constant: in quibus diis immolant. Circa ciuitatem vero fluvius defluit vnguento optimo, huncq; latitudo regalium cubitorum centum: altitudo quanta natantibus sufficiat: porrò ipsius balnea domus magna sunt, vi- treæ, cinnamomo succensæ: atqui pro aqua, ros tepidis in pelvibus securatur: viuntur autem vestibus purpureis tenuissimis atanearam scelis: hi corpora non habent, sed & impalpabiles sunt, & absque carne. Formam autem, & effigiem solam habent, ac ostendunt: in corporei tamen cum sint, stant, mouentur, intelligent, vocemq; emittunt, omninoq; vide- tur eorum anima nuda quedam circumuagari, corporis similitudine circumdata: si quis autem non terigerit, non crederet, quod videtur non esse corpus. Sunt enim vt umbra recta, non nigra: senescit nemo, sed ea ætate, qua se eò contulit, permanet. Denique hic haediquam est nox, sed dies: neque admodum clara, sed quale crepusculum esse solet, iam Aurora apparente ante orientem solem. Talis lux ter- ram habet, quare & vnum solum anni tempus nouere. Semper enim apud eos ver est, & vnas yeatus spirat zephyrus. At locus cunctis qui-

dem floribus, omnibus mansuetis plantis, & floribus viret. Quæ illic sunt vineæ, duodecies quotannis ferunt, & singulis mensibus unas reddunt. Mala vero granata, et malos, ceteraque poma terdecies ferre dicebant. Nam mensa, qui apud eos Minois appellatur, bis ferre frumentum: pro frumento vero spicæ, in summitate paratos panes emittunt, ut fungos. Fontes sunt per ciuitatem, aqua quidem quinque, ac sexaginta, & trecenti: mellis vero alij totidem, vnguenti quingenti: verum & hi minores sunt: flumina lactis septem, & vni octo. Coniuivium vero celebratur extra ciuitatem, in campo, qui Elysius vocatur: etenim pratum est pulcherrimum, & circa illud nemus omniarum specie confitum, umbras discumbentibus taciens, stratum autem substerunt è floribus, ministrant autem, ac cuncta affe- rent venti, praterquam quod vinum non mi- scent. Siquidem ea non indigent: nam circa coniuivium arbores sunt vires, magnæ, è mi- cante vitro, harum fructus, pocula sunt omni specie operis, ac magnitudinis. Vbi autem quis ad coniuivium accederit, vnum ex illis, vel duo mensis decerpta apponit: ea confessum vino replentur: pro fertis vero lucinia, canoraq; volucres cæteræ, flores è proximis pratis ore legentes, cum cantu eos superuolant, asperguntque. Porro vnguntur ad hunc mo- dum: densæ nubes vnguentum combibentes è fontibus, ac lumine, supraq; coniuivium sparsa, sensim ex rimentibus ventis renuissi- mum quiddam, velut rorem distillant, in coena musicæ, & cantilenis vacant. Canuntur autem imprimis Homeris versus, qui & ipse adest, & cum illis coniuiciatur, supra Ulyssem discen- bens: choreæ autem sunt è pueris, & virginibus. Praesunt vero illis, & concinunt: Euno- mius Locrus, & Arion Lesbicus, & Anacreon, & Stesicorus. Nam, & hunc apud eos vidi, iam ipsi Helena reconciliata. Vbi autem hi quieteunt, secundæ choreæ succedunt, è cygnis, philomelis, ac hirundinibus. Posteaquam & ille canere coeperint, iam tota sylva resonat, præsidentibus ventis. Hoc autem maximum ad letitiam habent, fentes duo sunt circa coniuivium, unus quidem risus, alter vero volu- ptatis. Ex horum ambobus, in initio coniuivij omnes bibunt, deinde reliquum læ- ti, ac ridentes exi- gunt.

Dddd z Notes.

## Nota.

Bac descriptio, ut appareat, & exquisitus inuenit, elegantiarum deliciis tota affluit: cion eadem conferri poterunt hypotheses: quas habent Homerus odyss. 3. Pindarus Olymp. 11. 6. Aristophanes Carpx. 15 + Sibylla 10. 6. Virgilius 6. Eneid Tiballus sed Valla locupletior inuenietur. Adde ad hoc argumentum Paradisi terrestris descriptionem quam ex P. Richeomio Latinam feci. Gilbertus Cognatus hic afferit descriptionem Elysiorum camporum, quam totam inuenies apud Mureum.

## VILLA IVLIANI.

Expressa ex Iuliano Imp.  
Συγχτησίδιον μικρόν, &c.

## Descriptio CXXIII.

**P**radiolum exiguum quatuor agrorum, quod à Theta mihi datum in Bithynia est, tua sapientiae, benevolentiaeq; dono: do vilius me hercule munus, quād quod opibus celebre, & beatum existimatione, & sermone hominum efficere possit. Verū non usque adeò iucundum, nec insuave, si tibi singulis partibus, & circumstantiis illud de scriptum ob oculos ponam. Nihil verò obstat, quominus tecum iocemur homine abundantie gratis, atque eruditio. Diffitum est à mari stadii non plus+ viginti, vt neque mercator, neque nauta nugator, aut incuriosus huic loco sic molestus. Neque tamen profus Nerei gratiis destituitur: sed piseem semper habet recentem, & palpitantem. Progressus autem ab ædibus in collem quendam, eò Propontidem, insulasq; oculis perulfrare possit: itemq; urbem à generoso, ac strenuo rege cognominatam. Non algis, muscoq; infestit, neque ubi periculum sit, ab electis in littus, & arenam, mitibus omnino, fereq; non nominatis. Sed in hedera, cepisque, & herba fragrante: ibi amoenissimum est, recubantem, cum librum inspereris: deinde visum recreare, atque in naues, & mare, summa cum voluptate transmittere. Ea mihi adolescenti prosus tenero habitatio videbatur iucundissima. Nam & fontibus non.

malis prædicta est, & balneis non amoenis, hortoque, & arboribus. Posteaquam verò ad virilem, & constantem etatem peruentum es- fet, veteris illius consuetudinis viuendi me de siderium cepit, veniq; sèpè, neque inanis, aut inutilis ille nobis conuentus fuit

At ibid agricultura mea paruum quadam monumentum, vinea brevis, quæ vinum suauiter fragrans, atque dulce gignit; non exspectans, donec à tempore Bacchus aliquid accipiat. Videbis gratias, botrus tum in vite, tum sub torculari pressus, rosas olet. Mustum iam in cadis contentum ita est, quasi è nectare haustum sit, si Homero credimus. Qui factum est ergo, vt non magna copia fit eiusmodi vitium, neque in complura iugera sint transflusæ? forte quoniam negligenter insitionem curauit, sed cum sobrios Bacchi crater mihi sit & frequentatio nympharum; tantum paraui, quantum ad meum, meorumq; necessario rum, qui pauci sunt, usum pertineret. Nuac verò tibi charum caput dono, re quidem ipsa paruum, gratum tamē amico ab amico profectum, domo domum, iuxta sapientissimum vatem Pindarum. Literas ad lucernam hiuic, & tractim scripsi: quamobrem, si quid peccatum est, velim id non accuratius examines, ut Rhetor Rhetorem.

## Nota.

Απὸ τὸς τῆς θεᾶς qua sit illa Theta non video. Melius opinor, si nihil, λαπθερῶντις τέλον, autiam, quod ipsum verbū sonat, dixerimus.

Νηπίων χάριται, Nerei charites: sunt pīces, ut Pīces Nerei eo patet, ιχθύς ιχθύν πρόσφατον ἀλιξ, ἀλιξαι rechar-  
goita.

Επινυμον πόλην τῷ γενναῖοι βασιλίως, Antigoniam intelligit, ab Antigono Rege conditam, nā vni-  
eig; cognominem qua εν Nicā postea dicta est, Strabo lib. 12. κτισθετε Αντιγόνης ἐν αὐτῷ Αντι-  
γονίαν προσσηπιε. Hac autem Bithynia vicina,  
in qua hoc prædisolum.

Οὐκ ἀναμνεόντα locus hic erat confusus, quem  
germano sensui restituī: quid enim volebat:  
Non expectans, donec à tempore Bacchum ac-  
cipiat: significat, non esse ex vīnis aperīs, qua-  
poreat tempore condiri, ac mitigari.

Νικτραὶ ἀτέρρων Οὐκρα πισιωτι. Alliuit Vinum  
ad illud Odysses 9. vers. 359.

Αλλὰ τὸ διαμυθοτίης, ηντιλοπτοὶ εἰσι  
ἀπορρίζειν.

Verum.